Multum autem interest, an Supplicationi pro impetratione Processus simul inseratur Libellus, an non priori casu Supplicatio brevissimis verbis concipitur, et quidem per modum relationis ad insertum Libellum, et subiungi tantum solet petitio pro praefigendo sermone, et decernenda Citatione. Posteriori casu, si nullus inseratur Libellus, tunc Supplicatio plenius secundum formam superius praescriptam concipienda, ut inde reus actoris intentionem prospiciat, quod facto, si postea in termino praefinito proponenda sit actio, novo Libello opus non est, sed loco Libelli repetitis supplicationis fieri solet brevis, et imploratio nobilis officii Iudicis. Immo necessaria est Jacob. Blumij Suppl. Cames.

Quid hic actor perpendere debet? Quid si mox in Conclusionem Supplicationis ordinarium Processum petat, sed primo petat: ut reus citetur ad audientiam. quoniam guttlium Inuon; ibi enim primum causa summarie cognosci, et transactio evadere solet, quam si invire recusent, et causa altioris indagari sit, ad processum demum ablegari soleant: si vero causa liquida sit, ita ut de eius iustitia mox constare possit Iudici, statim illa per Sententiam terminari solet. quamquam hic cautus ad modum debeat esse reus, ne beneficio processus ordinarii privetur, ut tales adhibeat Exceptiones, ea quibus appareat, iudicium actoris non esse liquidum, sed ulterius inductione opus esse, vel protestetur, si possibile non esse, ore tenus suas Exceptiones deducere, hinc se petere, ne Iudex in causa ferat sententiam, sed ad Processum in scriptis peragendum, quoniam proferuntur deductiones, ablegat partes.

Quid duplex est Mandatum?

Q. aliud omni clausula: quoniam quidem sub precepto certa alteri quoniam faciendum, vel potestandum injungitur, sed subiecta clausula

sula justificatoria, dum reo p[re]fi-
gitur terminus, in quo, si se illo man-
dato gravatum sentiat, rationes, et
causas adducat, cur ei parere se ob-
ligatum non existimet, et sic manda-
tum resolvetur in Citationem. Aliud
Mandatum sine clausula, quo paritio
sub pena simplici et absolute injungi-
tur, ut scilicet pareat mandato, aut
videat se declarari in penam manda-
to insertam, admittuntur tamen
causales non contra hoc mandatum,
sed contra declarationem penae, v.g.
ut veniat hoc termino, et paritionem
doceat, vel declarationem penae audi-
et, item adjicitur clausula: nisi cau-
sas allegaverit, quare declaratio penae
fieri non oporteat.

Quando mandata sine clausula habeant locum? R[es] non alias, nisi in quatuor casi-
bus part. 2. ord. Camer. tit. 27. 1^o si fac-
tum per se de jure, vel consuetudine
sit prohibitorium, ita ut nullo jure jus-
tificari possit. 2^o si factum imple-
ranti damnum irreparabile esset il-
laturum. 3^o si causa in pernici-
em R[ep]ubb. tenderet. 4^o si causa mo-

ram non patiatur: vid. blum: Proc:
lam: stat. 27.

Quando ad huc mandata l. l. competunt? Q: 1^o si in obligatione debitoris expressa
Creditori licentiam competere debere
bona hypothecata propria auctoritate
occupandi, vel sibi eandem jure, vel sine ju-
re satisfaciendi. 2^o si expressa obliga-
tioni insertum, in casu mora per man-
data sine clausula procedere debere Cre-
ditorem.

Quomodo reus contra mandata l. l. sibi consulit? Q: Exceptione sub, et obreptionis, quod
videlicet ad falsam narrata mandatum
actor consecutus fuerit. 2^o si dubium
sit an in hac causa mandatum l. l. de-
cerni potuerit, appellatio contra tale man-
datum interponi potest blum: Proceff:

Capit. IV. De Citatione

Quomodo ad Supplicationem Citationis
decernendum? Q: cum vel improbando, si pro ratione
facti propositi tale petitum locum ha-
bere non possit, e.g. non gubernum
abganzflagen vel Citationem approba-
do, eandemque decernendo.

Quid sit Citatio?

Resp: Est lotus, quo Index rem in iudicio

nm vocal, ul actioni motu respon-
deat seque defendat.

An venia impetratio hodie cesset? Respondo affirmo. cum hodie iudiciali auctoritate
Citationes decernantur, quae nil iniurie
in se continent. Aliubi tamen haec ve-
nia impetratio obtinet. Aliubi vero
ex civilitate venia petitur. At tamen
necesse est adhuc est exprimere in
plicante vinulum, quod res obstringi-
tur, ut inde iudex videat, an decernen-
da sit citatio vel non.

Quod duplex est Citatio?

Respondo Alia Realis quae fit per apprehensionem
personae, et non alias, nisi person-
am fuga concurrat, licita est. haec
vel est generalis seu Edictalis, quando
persona citanda, vagabunda est, vel si
lateat, vel locus citationis non sit in-
tus e.g. ob pestem vel obsequium, alia-
men, petens citationem Edictalem
tria Territoria exprimat. non in-
mis remota alias citatum non arc-
taretur, ubi citatio sit affigenda
vel stiam, personalis, alia est Citatio,
quae ratione Processus instituti
iterum vel est generalis seu ad totam
causam data: in hanc, ind al

[illegible]

tionis idest: 30. dierum continet l. 72.
ff. de iud: ita dicta: ut citatus postea
non audiatur C. 1. p. 1. 7 art. 1. n. 18. hinc
Citationibus inscribitur: Ihu nupcial,
odru nupcial nist, solle danoos anst,
funn anstnublnibnn, odru anst sin an,
gubraustn Klaga nist in to minidau
nvgnsnn wad a lnsst id addi solet: citi,
nnu Ihu nup peremptorie. hodie om,
nis Citatio peremptoria esse debet brun,
nem: et pro diversitate iudiciorum vel
4, vel Sex Septimanas continet.

Quando Citatio omitti possit? Respon: non alias, quam quando ex actu, qui geritur, alteri non contingit prejudicium, vel quoties alteri non competit ius contradi, cendi.

Quam citandi? Respond: omnes Interescentes, ita enim citabitur Ex, ceptio plurimum Interescentium, seu

An actor citandus? Respon: except. ego non sum solus haeres. Actor non solenni, ter, sed admonitione potius Iudiciali de termino praefinito, citatur Ihu nup odru Iam galtul nist motas in lite propaganda nectul, vel si provocetur ad agendum ex remedio l. diffamari.

An Braseno citetur? R. affirmo: et quidem causa expressa ad

quam respondere debet, alias enim
 opponit excepti. ego ad hanc causam
 non sum citatus, nisi hinc exceptio,
 ni renunciet, respondendo ad id ad quod
 non citatus est.

Quid à Iudice incompetente quis citetur? R: si notoria sit incompetencia non
 audeat comparere, alioguin autem citatio
 comparendum, et alleganda incompeten-
 tia superque postmodum ipse Iudex
 citans cognoscit. vñ: C. Sequi. d. 16:

Quomodo fit citatio subsidionalis? R: Iudex, coram quo causa ventilatur, offi-
 cium alterius Iudicis, sub quo degit
 citandus, implorat, ut citatum com-
 pellat, quo in Iudicio, ubi lis capta,
 presentem se sistat: subjecta clausu-
 la, se in re pari paria facturum,
 nec hoc frangi debere esse ipsius Iu-
 risdictioni contra C. d. n. 18: Iudex ta-
 men superior inferioris Magistrat-
 us subditos immediate sine omni
 imploratione Iudicis inferioris citat
 Cargz: Proc. Tit. 2. art. 2. n. 38: dum modo
 beneficio prima. Instantie ita non
 contingat prejudicium.

Quomodo forma Citationis fiat? R: 1^o premittitur nomen Iudicis citan-
 tis, ubi sufficit expressio nominis

^u
 Officij. 2^{do} nomen utriusque litigantis.
 3^{to} causa ob quam fit citatio. Hinc libel-
 li inscriptio utilis est. 4^{to} locus fori, vel
 constet, ubi comparere debeat, nisi si tamen
 forum illius Iudicis sit notorium. 5^{to}
 temporis expressio, quando comparere de-
 beat, quod pro diversitate Iudiciorum vari-
 at, ubi non tantum dies, sed et hora ex-
 primitur, additurque clausula: si illa
 dies aut spacium. quod à die insinatio-
 nis computandum; non fuerit iudicium
 compareat die sequente. 6^{to} solet addi,
 quid ibi faciendum sit, scilicet: ut audi-
 at actionem, exceptiones suas proponat,
 et Sententiam audiat. obtemperata Citatione,
 ea legitimè cuilibet in specie, vel in fa-
 ciem insinuanda l. 13. ff. de Excus. Tut.
 vel fit ad domum, si alicui ex familia tra-
 datur, vel si nemo se presentem sistere ve-
 lit, convocatis testimonijs cause vicinis,
 valvis aditum affigitur.

Quomodo, et à quo Citatio probanda? R^{es} ab impetrante Citationem, vel per
 nuncium ordinarium si recipisse à Ci-
 tato habet, vel etiam Citatio optimè pro-
 batur per Notarium, si per eum inori-

An à Citationem appellari possit? R: regulariter, non attamen si metus sub-
sit, Indicem ob non factam comparitio-
nem in contumaciam processurum, com-
paritio autem ipsi citato minus lute-
rit, forte ob imminentem arrestum,
appellatio quoque admittitur. Clev. P. 3.
Decis. 122. et P. 4. Decis. 89.

Capitulum V.

De Remedijs sibi competentibus vel provocandi Actorem ad Agendum vel declinandi Indicium &c.

Quomodo quis futuras lites declinare possit? R: vel probensurum debitum confite-
ri necessarium habet, an diffiteri idem ju-
re meritoque possit, in prius, consulendum
debitori est, ut confugiat ad solennem fractionem
l. 28. ff. de iudic. et ex eadem creditorem
citari faciat, ut in terminis prefixo
veniat, exceptiones sibi contra debi-
tum audiat, et ad illos respondeat: ad
in casum non facta comparitionis
perpetuum sibi imponi patiantur
silentium, et sic non tantum reus
hereditibus suis prospiciet, sed et huius
si viderit, successorem temporis sibi in-

ilem futuram Exceptionem, eam in
 praesens utiliter applicari poterit. Exem-
 plum est in d. l. 28. si contendas de fide-
 juss: ubi ego confidejussor, si video reli-
 quos bonis suis ruinam conciliare, ita
 ut eis non solvendo factis mihi inuti-
 lis sit futura Exceptio divisionis, pro-
 voto igitur ex practica l. si contendas
 Creditorem, ut veniat in Iudicium, et
 audiat meam Exceptionem divisionis,
 quam elidere Creditor non poterit, sup-
 pono enim reliquos confidejussores
 in praesenti adhuc esse solvendo. Eadem
 ratio esset, si ordinis beneficium opponere
 vellet fidejussor, principali debitore
 probabiliter bonis cogeretur, modo tamen
 semper obligationis lapsus, vel dies
 solvendi debiti venerit. Causa. Par. l. c. 19.
 d. 12. Hoc autem remedium reus sine ulla
 diffamatione de debito per modum imple-
 rationis officij Iudicis in suo foro utitur.

Quomodo Processus instituitur? Q. summariter, cum remedio dicto reus per
 implorationem Iudicis utitur, ad quod
 Iudex mox decernit citationem Credito-
 ris ad certum Terminum cum commin-

natione perpetui silentij, et creditore com-
parente non adigitur hic ad actionem
proponendam vel probandam, in hoc enim
differt presens remedium a processu diffi-
matorio, sed implorans presente creditore
suas exceptiones proponit, ad has reppoli-
cat imploratus. Dupplicat implorans, et si
causa gravitas id exigat, ad quadruplicam
quoque proceditur, postea si in causa
conclusum, super relevantia Exceptionum
feritur sententia, et sic quoad actionem prin-
cipaliter in iudicium deductam omnino
ordinarie proceditur.

Quid si altera pars emaneat?

Implorans cum denuo peremptorie citari so-
cial, ubi enim agitur de exclusione iuris
alterius ob contumaciam, ad minimum
bina citatione opus, et demum contumacia
perpetuum silentium imponendum.

Quid Creditori hic sciendum?

1^o si Exceptiones non sunt peremptoriae, sed
tantum dilatoria, non locus est postulat
plorationi ex l. si contendat, nisi tamen
Exceptio non sit pure dilatoria, sed etiam
peremptoria, uti est exceptio divisionis
exclusionis arg: l. si relinquitur 28. d. 8. ff. de lit.
Legal. nec alias exceptiones admittat, quia

quæ alias contra actionem competentem
 Locum habent, unde si Creditor habeat pro
 se Instrumentum quarentigialum, Debitor
 verò mediante remedio l. si contendat, velle
 in Iudicium deducere Exceptiones, in se
 quidem relevantes, sed altioris indaginis,
 non illas admittere tenetur imploratus,
 ut nec Exceptiones semel jam rejectas Cargg.
 P. Tit. 25. Art. 6. n. 57. 2^{do} si Creditor si
 deat, sibi in Effectu nullam competere ac-
 tionem contra implorantem, mox fatea-
 tur, se nullum jus agendi contra ipsum
 pretendere, sic enim evitabil Iudicium
 3^o videat imploratus, an actio quam ha-
 bet, ita sit comparata, ut facultatem age-
 di in præsens jam tum habeat, si ergo in
 diem vel sub conditione concepta obligatio
 interim reus ex l. si contendat, agat, non
 est audiendus Cargg. Proc. Tit. 20. art. 7. n. 9.
 4^{to} caveat Creditor sibi, in possessione con-
 titutus, ne ad implorationem debitoris
 se sistat, quod idem in Brocston diffama-
 torio, actio ergo hoc casu contra Possesso-
 rem instituenda non exceptio ipsi ob-
 trudenda d. 2. Inst. de hoc. alterum de
 medium, quo quis provocari potest,

Deductum ex l. Diffamari s. c. De Inge-
 nium: pro me diffamans de Libris pro vo-
 cari potest ad Iudicem meum, ut intra Ter-
 minum potestatum veniam, et debitum
 meum probem, vel silentium imponi po-
 tian. Ex primis autem hic Diffamatio
 per testes, aut Instrumenta probanda
 est summarie alias citatio non decerni-
 tur, alias in omnibus cum l. si contendat
 convenit, Exspirat processus Diffamatio-
 nis, comparante creditore, et actione mo-
 viente, cui tunc probatio crediti injun-
 gitur, et postea in illa causa proceditur
 ordinario modo, cum aliunde hic Proce-
 sus solummodo in tantum ⁱⁿ quantum est
 preparatorius sit summarius, nisi
 forte in Instrumento garantigio na-
 to se fundat alter, ubi summarie proce-
 ditur, exceptionibus altioris indaginis
 ad reconventionem remissis. Ceterum
 apprehensa semel possessione adversari-
 us ad agendum compellitur, melius enim
 est possidere, quam petere l. 27. ff. de
 R. V. nisi res ab alio possessa sit app-
 priata, ubi alter interdictis recup-
 randa possessionis, et ex l. Exstat. 15. ff. de
 met. caus. agi potest.

Quomodo Iudicium declinetur?

Q. 7^o refero Exceptionem nominationis
authoris vel litis denunciationis, quibus
quis litem in alium transferre cupit. 2^{do}
Exceptione incompetencia Iudicis notoria,
super qua ipse Iudex, cui ea objecta cognos-
cere potest l. 2. d. 6. ff. de iudic: aliud si Ex-
ceptio Jurisdictionis plane deficientis op-
ponatur, quam dicunt contra substanti-
am Jurisdictionis de hac enim non ipse
Iudex, sed superior cognoscit Carpp: P. 1.
C. 3. d. 11. n. 1. 3^o. Exceptione beneficij
prima Instantia hoc enim allegans, su-
perius Iudicium declinare poterit, et ad
superiorem Iudicem remittendus Carpp: in Brach.
tit. 2. Art. 7. n. 77. 4^{to} si quis beneficium
revocandi de iure opponat, quod legatis,
alijsque, qui in Aula Principis necessarij
muneris gratia comorantur, competet,
ne ibi conveniri possint, sed petunt, ut ac-
tor ablegetur ad locum domicilij legato-
rum, etiam si in loco legationis contra-
xerint, antiquam rei publicae causam ibi de-
gerent l. 2. d. 7. de Iud: ff. nisi durante le-
gatione ibi contraxerint, ubi Iudicium ac-
cipere tenetur. 5^{to} si quis ob rationes ad-
ministrationis conventus declinet forum

domicilij, et ad locum geste administrationis
provocat L. 2. C. ubi de rationib. 6^o remedi-
um declinandi iudicium inferius, Pupilli
alijsq; miserabilibus personis competit C.
quand. Imp. int. pupill et iudicium Princi-
pis trahendi adversarium.

Caput VI.

De Contumacia Accusatione §1.

Quando Contumacia accusari potest? Q. Si probata primis legitima Citationis
insinuatione ter citatus, vel semel percom-
torie emanaverit, vel si semel citatus dicatur
nolle comparere, unde causus sit actor, ut
hoc in promptu probare potest, sic enim
ulteriori citatione non est opus, nisi haec
vice solummodo noluerit comparere. Si
idem die iugis forsam non defuerit
non fuerit accusata, terminus edictus
circumductus.

De Notore contumace

Notò si actor impetrans citationem
tumat sit ante litem contestatam, tunc
reus petere potest 1^o ut ab instantia
absolvatur, ubi tamen novae actionis in-
stitutio ipsi salva est. 2^o ut restitua-
tio expensas, et interese, quae expensas
retardati processus appellantur. 3^o si
forte actor ulteriorem Citationem desideret.

ret, poterit adigi, ut caveat de futura com-
 paritione, quod si post libem contestatam
 actor contumax fiat, reus iterum modo jam
 dicto petere potest, vel libem, si fidel, negati,
 vè contestari, et petere, ut in causa princi-
 pali procedatur, et sic non tantum ab ins,
 tantia, sed ab actione se liberare poterit.
 attamen soll dñr Alister uff Sabau,
 was dñr Stotz diltat, und insondan,
 find ad petendum ultimum, per hoc enim
 priori petito derogat, regulariter contu-
 max condemnatur, in dñr saing Pauln
 dñr zu legitimirung abfassen, und
 dñr dñr adindanwaden, odñr wind bar,
 uffsill zu dñr Vinkostan, nül bodin,
 ding, das nñ auz vorgängign Ladung
 auz ninn gnwisthan Termin sub pena
 nupfman, auz dñr Blagn antwortfhan,
 und ninnat bupfird gnwältiggn soll.

Quid si Reus Contumax sit? R: pari modo ab actore proceditur, et expen-
 satum restitutio cum nova citatione
 sub pena certa, vel etiam in casu ulterio-
 ris contumacie immisio in bona petitur.
 Insuper lis pro negativè contestata haberi po-
 test, si id actor petat, pro facto ad probatio-
 nem admittitur, ubi articuli iterum

Reo communicandi ad formanda Interrogatoria, sicut et ad omnes actus alios citatus reus contumax, donec ad Sententiam definitivam deveniat. Guil.

Quo ordine in Saxonia proceditur? R. Primo reus solet condemnari usque ad legitimas impedimenta deducenda: lib. 1. cap. 1. ff. de iur. iud. l. 1. §. 1. de iur. iud. l. 1. §. 1. de iur. iud. l. 1. §. 1. hoc novo termino ad quem Citatus erat, pro deducendis legitimis impedimentis non comparuerit, vel comparuerit, sed legitima impedimenta non probaverit, condemnatur ad Executionem lib. 1. cap. 1. ff. de iur. iud. l. 1. §. 1. Effectus, quod reus condemnatur in id quod ab Actore petitur in libello et affirmativis lis contestatur contra eum. A pena tamen contumaciae liberatur adducens iuxta impedimenta contumaciae, etiam minus plena e.g. attestatum illius, vel etiam status Iuramento illius, et allegat impedimentum Cap. 2. Tit. 8. art. 1. n. 57. In dubio autem omnis emanatio ponitur esse dolosa, donec contrarium probetur, cum id in facto consistat.

Qui sunt modi coercendi contumaciam? R. 1. multa dictio, quae primo sub

comminatione intimari, postea vero in dia,
et in tertia, vel quarta Citatione multiplica,
ri solet, ubi unicam multam soluisse suffi,
cit Carrz: d: l. 8 art: 5: n: 10. 2^{do} pignoratio,
3^{ta}, audientia denegatio etiam in alijs
causis, 4^{ta}, missio in bona contumacia,
5^{ta}, pena confessori, et convicti Carrz: d: l.
art: 5: n: 25: gra pena etiam est, si quis
in non respondendo contumax sit C: 11: 84.
ff: de interrog: ad: 6^{ta}, pena documento,
rum pro recognitis habendorum Carrz:
de: n: 33: 7^{ta}, pena preclusi, da, Bar nil
simon Hoffmannus hunc in illi sol
gustat wandan. Formula autem ac,
cuoandi contumaciam est sequens:
1^o Actor prorio titulo. 2^o Iudici pro pro,
fixo Termino gratias agit, et 3^o, se compa,
ruisse remm vero absentem esse dicat. 4^o,
postea Citationem ei legitime insinua,
tam esse probet, et 5^o, contumaciam ip,
suis solenniter accuset, 6^o, subjuncta
petitione legitima de refundendis ex,
pensis etc: ut idiotum. 7^o, penam
contumacie in specie, et non in gene,
re petat.

De Libello §. 1.

Libellus seu nunc Magni Dignus alius
 est simplex: in quo 1^o exprimitur nomen
 Iudicis 2^o Actoris, quod regulariter in
 titula interdum, et in prima persona fieri
 solet. 3^o nomen rei, vel si plures nomina
 singulorum. 4^o causa petendi seu jus ex quo
 agitur, si actio est realis communiter cau-
 sa proxima exprimi solet, id est Dominium si
 personalis causam remotam ponere sufficit,
 id est contractum vel delictum. Quamquam
 in actione reali interdum utile sit, cau-
 sam remotam addere, id est Dominium cum
 titulo: sic enim si succumbam, ad alium ti-
 tulum recurrere possum, non obstante re
 iudicata. quod si ex solo Dominio agam ge-
 neraliter, omne jus meum in medium
 ducesse videor L. 14. §. 2. ff. de except. Rei iudi-
 catæ Narratio facti, seu minor propositio, quæ
 brevis, ac per spicienda esse debet, adjectis
 rebus necessariis facti circumstantiis, ut
 ita inde Iudicij, quæ actio instituta con-
 stare possit, nam nomen actionis ut capi-
 matur necesse non est. Cyp. lib. 6. ad l. 1.

n. 6. 6^{to}) Litis contestationis petitio, quæ
 plerumque his formalibus expeditur. Contra,
an Dammus Klagen, im der Klagen in der selb
nüttigen Art, im Antwort, im nach nach,
tan Antwort distat an im Pflicht
zu antworten. 7^{to}) conclusio quæ ex natu-
 ra actionis accurate formanda, et in conclu-
 sione protestatio de expensis adjiungenda. Alius
Libellus liticulatorius, ubi certis articulis factus,
 sum comprehenditur, quæ tantum in crimi-
 nalibus licetur.

Quæ clausula in Libellis cumulari solet? R. 1^o) premitti solet: se in præsens Iudici-
um, aut Iudicem ulterius consentire nolle,
nisi gratuen, et quantum de jure, quæ clau-
sula videtur otiosa, Quæ tamen illa reserva-
 tio clausula prodesse potest, in casu, si dubia ad-
 huc sit competentia fori respectu præsentis
 Iudicis, nè præsens comparitio ipsi in futu-
 rum præjudicet. 2^o) premittere solet actor:
quod se notat adstringere ad probationes non
necessarias: nisi in der Flur, in der Flur, in der Flur,
in der Flur, in der Flur, in der Flur, in der Flur,
nam quæ probata non relevant, ad proban-
dam non admittantur L. 21. ad probationem
C. de Probat. 3^o) actor sibi reservat: arbitri-

um desistenti à probatione, recipere Juramen-
tum deferendi, hoc tamen aliunde de jure com-
petit actori l. 11. et 12. C. de reb. cred. in Saxonia
tamen maxime necessaria est cautela, ut si ac-
tor videat, se alijs sufficientibus probationibus
destitui, in ipso libello Juramentum, vel anteli-
tem contestatam, et praestitam guarantiam de-
ferat: hoc enim neglecto postea delationi Jura-
menti locus non est. Carpz. in Procc. lib. 11.
art. 7. n. 97. 2^{to} regulariter praemittitur
protestatio: se non in forma solennis libelli, sed
simplicis facti narrationis, ac qualivunque
petitionis hac proponere, sed hac clausula pro-
pter superflua, eatenus tamen utilis potest esse,
si talis causa in Iudicium deducta, in qua non
opus est libello, sed simplici tantum narratione,
et imploratione officij Iudicis, hic enim reus
capere potest actorem per oblationem libelli
causam ordinariè, non summarie tractasse. Si
praemittitur ab actore: se nihil conviciandi,
et injuriandi animo, sed omnia ex veritate et
necessitate rei gestae prolaturum, inutiliter
tamen.

Quae clausula in fine adjici solet? 2^o quae vel concernat rem ipsam, vel officium
Iudicis, ad priores pertinet, si res petatur cum
fructibus, et usuris, seu omni interesse, fructus

Schütz p. 366: et p. 472.

enim, et usure non semper debeatur vi ac-
tionis, seu precedentis contractus, sed officio
iudicis, ut in b. f. iudicis. Iudex vero officio
suum non interponit, nisi imploratus,
unde si postea usurarum mentio non facta
in sententia, actor appellandi causam non ha-
bet, cum in libello non petierit, quoniam hic
defectus generalem implorationem officij iudicis
suppleatur, pariter utilis est cautela, ut in
fine libelli expensarum litis factarum, et
faciendarum restitutio expresse petatur, quoniam
enim de jure victus, victori beneatur,
in expensas litis l. 19. ff. de iud. id tamen pro-
cedit, si actor id petat, verum hunc defectum
supplere videtur generalis illa imploratio,
et salutaria clausula libellorum. super his
omnibus, quae jam petita, aut quae de jure, vel
consuetudine, omni meliori modo peti debui-
sent, vel potuissent, imploro nobile iudicis offi-
cium pro jure, et justitia largitione ad mi-
nistranda, quae tanta dicitur Efficacia,
ut virtute ejus omnis actio, omneque remedi-
um competens, et resultans ex narratis in fu-
dicium deductum videatur, unde si quis in
libello propositum et petitorium proponat,
et in conclusione solius petitoris mentionem
faciat, iudex nihilominus de utroque cognos-
cere potest obiect. de formand. libello. Carre:

Proc. Tit. 6. Art. 2. n. 2. dummodo tamen libelli narratio ita concepta sint, ut inde Iudex cognitam actionem, et petitionem elicere possit, alio actorem libellanum à limine Iudicii Iudex repellere debet in dubio tamen actio narratio conventionis eligenda.

De clausula imutandi et emendandi! Frequentissima etiam est in fine libellorum clausula: Salvo jure addendi, minuendi, corrigendi, vel lite penitus desistendi, verum de praei mutatio libelli non nisi usque ad litem contestatam, etiam tunc emendatio libelli usque ad sententiam licita. In Saxonia mutatio libelli ante terminum simpliciter promissa! postea usque ad praestitam querendam licita, sed cum refusione expensarum, ulterius vero plane non promittitur, etiam si Expensas restituere velit actor.

Quid si post litem contestatam et praestitam querendam necessarias libelli mutationem petat?

Integram tunc instantiam perire, adeo ut reprocessus expensis, prior litis, ejusque preparatoria penitus expirant, ut novo Iudicio opus sit. In integro ergo agenda causa, nova citatione, nova dilatione, et cautione pariter acsi actio non fuisset, opus est actori.

Capitulum VIII.

De Dilationibus et Peritis § 1.

Peris non statim cogitur respondere actori.

intentionem suam fundat, adhuc deliberatio
 rio dilatio peti potest. 3^o Probatoria, quae
 conceditur illi, cui probatio injuncta fuit:
 n. g. et regulariter est 6. Septimanarum.
 Dilatione legali seu ferijs humanis, non et
 am divinis, renunciari potest. alias autem
 Exceptio feriarum, v. g. mundinarum, licita
 Nev. P. E. Dec. 276. n. 1. in dubio dilatio da-
 da à Judice, si is nullam, aut satis brevem
 indulget, appellatione sibi quis consulere po-
 test Nev. P. E. Dec. 195. n. 2. quae appellatio et
 am licita, et pendente appellatione ducit
 in causa processerit Nev. d. l. E contra si
 volè à Judice data dilatio parti, tunc si
 versatur in probet, poterit procedi in causa
 absi non data esset dilatio.

Qui petens dilationem observare debet? R. nē clabi sinat, praefinitum Terminum
 cum termini jam clausi nulla detur proroga-
 tio, sed ante eundem terminum laesum, proroga-
 tionem petat, omnia Nev. P. E. Dec. 19. et si
 ab expensis velis liberari termini, curet, ut
 parti adversa prorogatio innoctetur.

Quomodo petenda dilatio. 1^o R. 1^a narrandum: quod scilicet à Judice
 latus, vel intra certum tempus sibi pro-
 rogatio injuncta fuerit, cui obsequatur.

se obligatum profiteri debet. 2^o excusandi
causa subiicitur, quæ impedimento sit, quo mi-
nus intra Terminum prefixum vel comparere
vel probationem deducere possit. 3^o modesta pe-
nitio, de termino prorogando vel nova dilatione
concedenda, et ut parti adverse notificetur, sub-
iungatur.

Caput IX.

De Exceptionibus Dilatorijs &c.

*Quid Propterea observandum? Q: ante litem contestatam videndum est, ut
statim actorem à Limine Iudicij repellat oppo-
nendo Exceptionem ex his famosis, videlicet rei
iudicate, rei transacte, et per Iuramentum de
cise pc. l. de lit. cont. in b. sic enim non debet
litem contestari hac probata.*

*Quando Exceptiones dilatoria opponenda? Q: ante litem contestatam, nam per con-
testationem iis renunciatum esse censetur, nec
appellatio admittitur Lang. de Except. Pl. c. 22.
n. 3. nisi tamen in sequentibus casibus.*

*1^o si post litem contestatam dominum emer-
gant, vel competere incipiant, aut dominum
in notitiam proveniant Lang. d. c. n. 7. pro ul-
timo casu ignorantia Iuramento probanda.*

2^o si omisso Iudicio reddat reus nullum

quorum pertinet exceptio falsi Procuratoris, seu deficientis mandati L. 24. C. de Procuratoribus, si Exceptio gravamen successorum continet e.g. Exceptio loci non luti, injusta in excitationis Lang. in 10. 4^{ta}, si Exceptiones sint anomala, hoc est: si merita causae simul concernant e.g. Exceptio Excusationis.

Quomodo quis in promptu habere
poteat except. dilatorias?

1^o si respiciat fontes, unde emanant et quidem 1^o attendat personam iudicis, an ille, vel planè nullam habeat iurisdictionem in rem, et inde nascitur Exceptio iudicis incompetens, seu exceptio fori Lang. di. c. 1. vel an competent quidem sit, reus tamen adhuc alium iudicem habeat, coram quo litem non movit, et per Citationem inchoatam de nascitur exceptio litis pendens di. c. 10. vel etiam preventionis iurisdictionis di. c. 3. vel si lis alibi nondum mota quidem causa tamen ita comparata, ut coram iudice ordinario intentari nequeat, sed singularem iudicem habeat, graves sunt causae: historiales, et feudales ubi pariter generalis Exceptio fori opponitur, vel demum, si quis ob interesse in causa, vel ob vinculum sanguinis, aut affinitatis cum uno litigante

in Suspicionem incidat: unde nascitur
 Exceptio suspecti Iudicis Lang: P. 2. c. 4. 2^{da}
 considerandus est Actor, vel quoad Personam:
 ubi attendendum: an ille defectu intellectus
 scitus, aut etate laboret, et demum in ea
 conditione sit, ut ipse sine Tutore, vel Curato-
 re in Iudicio stare queat. quales sunt mu-
 illi, surdi, mutui, minores, et in Saxonia
 mulieres, qui omnes per Exceptionem legi-
timationis personae repelluntur Lang: d. p.
 c. 8. n. 5: quod si vero adint Tutores vel Cu-
 ratores, simul attendendum, an illi legiti-
 mo Tutorio, aut Curatorio sint provisi, alias
 eadem Exceptionem repelluntur C. 2. Pro:
 cess: Tit. 5. Art. 3. n. 2. vel quoad Ius Actoris
 ubi videndum: an ipsum concernat obliga-
 tio ex qua agit, an non hoc casu producenda
 ipsi cessio, mediante, qua ius agendi ad ip-
 sum devolutum, aliogvin pariter ei obstat
Exceptio legitimatiois personae, ut docet,
 ab, quâ ratione illam obligationem ad
 se nactus: sola enim possessio obligationis
 non tribuit ius agendi C. 2. Tr. de Nom:
 C. 27. memb. 7. n. 6. nec relevat clausu-
 la obligationi inserta: allen gubernium
 dringent Junfabun vid: Cöler. P. 1. c. 3. et

Caus. contr. p. 678. pariter quoque quoad jus
 di attendendum, an non actori illud in pene
 ademptum, e.g. si sit excommunicatus, ban niti
 sivè proscripius Lang. vel an non ob precedent
 delictum, vel rei mea. occupationem propria a
 thoritate factam, mihi prius ab ipso quod p
 landum, quorsum pertinet Exceptio Spolij, ne
 spoliatus ante omnia restituendus & redim
 c. 3. Itē, attendenda persona rei, an non illi
 vel ob qualitatem personae non potuerit, vel o
 privilegium speciale nondum debuerit in ju
 vocari, ad priorem classem pertinent illi, q
 muneris publici ratione in juo vocari no
 possunt, quales sunt Magistratus majores
 et alij de quibus in l. 2. d. 4. ff. de injus. vo
 pertinent hucq̃, qui sine venia in juo
 cari non potuerunt, unde Exceptio non in
 petrata venia nascitur Lang. d. p. 2. C. 9. s
 hac Exceptio hodie cessat, porro huc perti
 nent illi, minores, alijq̃, qui aliena regunt
 cura, et hinc non ipsi, sed eorum Curatores
 erunt citandi. unde vulgata nascitur Caus
 si cum minore curatorem non habente mi
 negotium sit, ille citetur sub hac clausula
 ut simul sibi curatorem petat. ad privilegium

speciale pertinet, si quis contra indul-
gum moratorium in jus vocetur, ubi Ex-
ceptione moratorij se lueri potest; 4^{to}) Pro-
curatoris habenda ratio, vel ratione Personae,
an scilicet Procurator esse possit ob seam,
ob aetatem pupillus, minor per exceptionem
removeri potest l. 12. C. de Procurat. ob infa-
miam juris vel facti, vel ratione Mandati,
ubi Procuratoribus obstat Exceptio, si vel
illud planè deficiat, vel vitiosum sit, vel
insufficiens ad negativum proferens, unde
Exceptio deficientis, vel insufficientis man-
dati, vel etiam si ille mandatum dederit, cui
mandandi vel procuratorem dandi potestas
non erat Lang: c. 8. n. 104., vel mandatum quo-
dam legitime datum, sed vel morte fini-
tum vel revocatum, revocatio tamen pro-
banda. 5^{to}) respiciendum ad qualitatem
citationis an illa, vel ad locum non se-
cum facta, unde nascitur exceptio
loci non liti, vel quod dies citationis in-
cidat in feriat: ubi datur exceptio feria-
rum vel terminus citationis adeo an-
gustus, ut interim se ad iudicium proce-
dere non potuerit, quo pertinet exceptio
termini angusti Lang: 6^{to}) demum libel-

luis, et in eo precipue petitio attendenda, an
 scilicet Libellus rite confectus: alias enim
 obstat except. inepti, et non rite confecti vel
 obscuri, et generalis libelli, an verò actio huius
 non pertinens instituta, ubi datur Exceptio
 non competentis actionis: an actiones plures
 res incompatibiles in Libello conjunctae:
 ubi datur Exceptio ineptae cumulationis.
 an plius petitum, quam in obligatione con-
 tinetur, aut debetur, et datur Exceptio plius
 petitionis, vel demum an non prelimina-
 ali quod cognoscendum, an egrum ad causam
 in libello contentam respondetur, unde na-
 citur Exceptio prejudicialis, quorum certum
 modo except. preposterationis pertinet illud
 p. 6.

Quot ordine opponenda sunt dilatoria? R. legitimo, interdum enim una
 Exceptio dilatoria probata, reliquis non
 opus est, hinc ante omnia opponenda, 1.
 Except. declinatoria fori seu incompetentis
Judicis de qua ipse Iudex cui incompeten-
 tia objecta ante omnia cognoscere debet.
 Rec. Imp. de Anno 1654. §. 40. postea oppo-
 nenda. 2.
 Exceptio præventionis, seu
 in alio Iudicio pendente contra. 3.
 Exceptio

Judicio ut suspecti, ubi tamen in libello recusationis, suspicionis causa exponenda. 4^{to} Legitimationis persona vel falsi Bro. curatoris except. 5^{to} Exceptio prejudicialis quia petitur, ut prius de majori questione judicetur. 6^{to} Exceptio spolij, ut res ablata reddatur, omnes autem Exceptiones dilatorias conjunctim opponenda, p. Ordin. Cam. p. tit. 24. subjuncta simul eventuali litis contestatione, nam hac omnia condemnatur in Est, pensas Termin. et Nag. B. ord. c. 27. §. 2. p. Rec. Imp. de Anno 1654. §. 37., hac enim litis contestatio non obest, quia non super hac pronunciatur, antequam Exceptio dilatoria fuerint excusa, idem quoque J. Saxo: provionum. In allegato tamen Imp. Receso: §. 40. id temperatur, ubi si Exceptio fori declinatoria simul opposita, ad causam principalem respondendum non sit, sed si ita in declinatorijs succumbat, penam pecuniariam incurrit §. 40. melius ergo omnes except. dilat. insimul opponere.

Quomodo recusatio Judicis fit? 1^o Ques libellum recusationis ipse Judici recusato offert l. fin. C. de Jud. 2^o causa recusationis inseritur, quo

Quomodo

facto 2^{to}) intra triduum arbitri eligantur
qui super suspicionem cognoscant, vel ad Suppo-
nem illa cognitio devolvitur Gail.

Quid si causa suspicionis
probari nequeat?

¶ Si tamen de iudicio non levibus cono-
fugendum est ad iuramentum phorrescentia,
et se ad illud admitti, quo ipso iurat, se non credere
se iustitiam coram hoc iudice impetraturum,
idque vel ob adversarij potentiam c. 11. de Rescrip-
tis in 6^{to}, vel ob aliam justam causam, ideoque
se perhorrescere coram eodem litigare, quod
iuramentum coram Superiori iudice regula-
ter potest non dari, ad quem etiam causa devolvi-
tur, et sic convenit ferè cum remedio l. un. C.
quand: imp: int. pupill: In eo autem hoc iu-
ramentum melius est exceptione suspecti
iudicis, quod is, qui ad iuramentum peroravit,
causam suspicionis specialiter exprimere
non debeat, nec probare, sed sufficit allegatio
generalis, timoris, et statuit hic iuramentum
iudicem declinantem, cum non presumatur
sine causa horrorem suum sub iuris iuramento
religione testari. Idem est in iuramento per
horrescentia.

Quid si quis causam suspicio-
nis allegare non audeat? ¶ Tunc petat à Superiore, ut duobus

coribus committatur, quo causam suspicio,
nis sub fide silentij audcant, et privatim
de ea cognoscant.

Quā forma proponitur haec Exceptiones? *¶* Praemisso titulo, reus in causa
sua contra Mevinum, quo citationi obsequi,
um praestet, se comparuisse, dicat, sibique be-
neficia reo in iure competentia sibi reor,
vel, exceptionis sue fundamentum, et iure
deducat, factum majori propositioni com-
modè subijciat. Deum petitionem subjun-
gat: se ab instantia iudicij, donec Exceptio,
ni satisfactum, interim absolvi cum refugio,
ne expensarum. In fine eventuales litis
contestacionem annectat, sed cum potestatio,
ne non aliter, quam Exceptionibus Dilatorijs
satisfactum, se ad Causam Responsum
velle.

Caput X. de Mandato §1.

Cum inter Exceptiones Dilatorias haud
postrema sint, quo personae Procuratoris
ob defectum mandati opponuntur. Hinc
advocatus alterius causam in Iudicio ac-
turus, praeteritis mandato personam su-
am legitime, alias rejicietur, cum Ju-
dex ex officio ^{ce} mandatum exigere possit,

si principalis absens, eo enim praesente non
opus mandato est, poterit tamen principalis
si in posterum praesens esse nequeat coram iudice
testari, se hunc Procuratorem constitutum velle,
et petere, ut hoc actio inseratur, qui postea
Procurator ad acta factus dicitur.

Quot simplex est mandatum? R: vel iudiciale, vel extra iudiciale hoc huius
loci non est, illud iterum vel generale vel specia-
le. generale est, quod ad totam causam, seu pro-
cessum, et ad omnes iudicii actus datus. Specia-
le est, quod ad certum iudicii actum expedienda-
rum dirigitur. Generale mandatum iterum
vel simplex est, vel cum libera: illud est si gene-
rale mandatum simpliciter concipiat ad
omnia negotia expedienda. hoc vero est si
e.g: alicui datur libera potestas agendi om-
nia illa, quae dominus ipse, si praesens esset,
agere posset, et valeret, quae distinctio I. Causa
nici est c. 4. de Procur. in 6. de jure enim Ci-
vili generalem administrationem habentem
cum libera datus videtur l. 38. ff. de Proc.

Quando generale manda-
tum non sufficit? R: e.g. in restitutione in integrum, iura-
menti delatione, praestatione, transactione
et quibus alias magnum Principali subest
pro iudicium Casp. Fel. 5. art. 2. n. 46. et ubi

Si ergo actus speciale mandatum requirentes
in specie exprimantur subiecta clausula gene-
rali.

Quomodo constituitur forma reali.

mandati! 1^o Nomen Procuratorem constituentis, qui id nomine suo, et harum concipere debet, ne eo defuncto expiret mandatum, per Regres: novis: e.gg. 2^o Nomen procuratoris, ejusque substituti. 3^o Nomen adversarii, contra quem Procurator constituitur. 4^o causa, in qua constituitur in Camera generaliter Procurator ad omnes causas datus. 5^o Nomen iudicis vel iudicij expressio. 6^o actus quidem presentibus illi, qui maxime necessarii, et spectiale mandatum exigunt, recensendi, inter quos in Camera punctus executionis activae, et passivae comprehendendi debet solum. 7^o clausula certa subiiciuntur, ut clausula de rato, et grato, clausula cum libera, item de indemnitate, de potestate concessu substituenti: nunc ordinu infra unum annu a Joh: Almoaldi g^{ra} 4^{to} Julij de hypotheca bonorum etc: 8^o anni et diei expressio. 9^o requiritur subscriptio, et subsignatio mandantis, quod si sigillum non habet, ad id in subscriptione capitali, si autem plane scribere non possit, per Notarium aut suum Iudicem mandatum confici curet.

*que clausule abundantes
et quantum utiles sint*

Discausula de rato, et de indemnitate cum ipsi

mandato jam sum per consequentiam in inoil,
attamen clausula de rato hodie plane necessaria
Carpz. Tit. 5. Art. 7. n. 79: utilis etiam clausula est
de hypotheca bonorum, si forte mandans sit oberus,
suo vid: Caut. contr. P. 2. C. 11. §. 7: Tutores manda-
tum dantes cavent hoc casu sub hypotheca bono-
rum pupillarum. Clausula cum libera etiam
abundans est, utilis tamen censetur in actu, qui
in mandato non expressus ubi prima clausula clau-
sula de substituendo utilis est in casu, si Procu-
rator ipse forsan impediatur, sic enim citra
hanc clausulam alium ante litem contestatam
substituere negrit vid: Caut. contr. d. 8. consulti-
us tamen cumulare abundantes, ne negligan-
tur necessarie.

Quid si Procurator à tutore
constituatur?

R: non contentus tunc sit mandato, sed pariter
Tutorum ad manus habeat, quo simul ipsius
mandantis personam legitimet, nisi tamen ab
eodem Iudice, ubi litigatur, tutores dati sint,
huic enim de tutela satis constat, quod si actus
tantum, et non procurator constituendus sit
decreto Iudicis ad hoc opus est.

Quid ratione Chartae blanca
cavendum?

R: ne alter ea abutatur inscribendo obligatio-

195

nem. 2^o) Procurator integrum mandatum ad
hanc consilium debet, quod si forsan mandatum non
produci nequeat: attendat Procurator, an non illa
persona, cuius nomine actionem movetur est,
ipsi sanguine juncta sit: nam pro personis con-
junctis etiam sine mandato aliquis agere potest.
arg. l. 12. et 27. de Procur. C: quæ conjunctio san-
guinis ad 2. gradum se extendit, et huc etiam mari-
tus pro uxore agens refertur d. l. 27. C: de procur.
ut et affines inter quos parentela respectus ibi,
demum consortes litis ejusdem, ita tamen ut his
casibus cautio de rato præstetur. Quis vero
videat, an non in illo negatio speciali mandato
opus, sic enim conjunctam personam admittere
non debet Cypri. Tit. 5. Lib. 6. n. 67.

Caput XI. De cautione in Judicio pro. tanda § 1.

hanc incongrua etiam est Exceptio nondum
præstita cautionis dicitur. Dub. hoc standi; quæ
non possessionatis opponi solet. In Judicijs ita
hodie observari solet, quod actor præstet cautionem
de prosequenda lite, et restituendis in casum
succumbentia expensis. Jure Sarnico vero co-
vel sui reconventionem, et expensis, quia ibi recon-
ventio effectum simultaneæ protestationis non habet.

alias autem hac cautio non est necessaria, si causa conventiois sit summaria, et causa reconventionis ordinaria, ubi finita conventione, reconventio instituitur, vel si reconventio ex hoc ipso processu oriatur, e.g. si ob calumniosam litem alterum reconvenire velit. Reus s. communis cautionem praestare debet, se in iudicio usque ad finem litis permanens, atque sententia ferenda ad futurum s. d. i. iud. de satisf. rarius tamen in iudicijs nostris id praestat reus, nisi in loco iudicij domicilium non habeat, et sic periculum fuga subest interdum tamen, si de re mobili lis sit, cautio de re exhibenda, vel de re non dissipanda vel de non deterioranda exigi solet. Brun. imo si nec per cautionem mihi satis consulatur, sequestratio rei mobilis petenda. Liberaliter tamen a cautione possessio rerum immobilium l. 16. qui satisf. cog. ff. de porsum et annis relictis, ubi et possessio actionis ad immobilia refertur, et hoc si sub eodem Principe bona sita sint, et si in ipso Principio iudicio litetur, aliud si coram iudice inferiore in usum modernum ff. qui satisf. d. 9.

Quod si actor immobilibus destituatur! R. promittat, se originalia documenta

cautionis loco, in Iudicio depositum, esse
pconnam sibi adjudicandam in Iudicio relictu,
tum, donec causa reconventionis finita, Defen,
sor sine cautione in Iudicio non admittitur §. 8.
de Satisf. L. Procurator vero aut sufficiens man,
datum habet, et cavere non tenetur si princi,
palis possessionatus, sine secus cautione opus
est. aut non habet sufficiens mandatum, et tunc
Procurator id per cautionem de rato supplere
debet, si autem, planè nullum mandatum
adit, cautia rejicitur.

Quæ formula hujus, in toto,
nendo habetur!

¶. promittitur scilicet titulus Iudicio,
dein mentio fit motus litis, et eo fine facta si,
tationis in cujus honorem se comparasse di,
cit Ques. postea subiicit maiorem possessionem,
scilicet iura neminem obstringere, ut cum
actore nec possessionato, nec satisfaciente, litem
suscipiat. hac iura applicat ad factum,
dicendo, praesentem actorem huc loci immo,
bilis non habere hinc, petilem condemnare,
si ad cautionem super reconventionem et capen,
sit.

Capitulum XII. De Iuramento Calumnie §. 1.

Nè timere litigetur hoc Iuramentum

calumnie, Inr fgr^o bon gylafaba, invec-
tum, quò affirmat aliquis, se credere, se habere
justam causam agendi, et se defendendi, nec
calumnie causa in lite versaturum. sed hoc
Juramentum cum sit credulitatis ab utraque
parte sine perjurio deponi potest, non tamen
à partibus expressè remitti potest l. 2. d. C. de
jur. p. Col. ab alterutro partium tamen potest
vel tam antè, vel post litem contestatam etiam
ostendens in Cimer. Ceterum hoc Juramentum
si exactum fuerit, non potest remitti, alias au-
tem etiam omitti potest, inò si Iudex viderit fgr^o
volè tantum exigi hoc Juramentum, ipse il-
lud inhibere potest, cum non deroget substan-
tia Iudicis.

Quod duplex hoc Juramentum? R: Juramentum Calum: vel generale quod ad
legem processum prestatum, et hoc in fact: al-
rogatum, vel speciale, quod in certo articulo
causae defertur, vel à lege ut in cap. l. 24. d. 4.
ff. de Jurjur: vel ab hoc, si suspicio calumnie
subsit: et hoc speciale Juramentum, malitiae
Juramentum appellari solet, quod I. Saxoni re-
tentum, et in gravis presumptione malitiae
adhibetur.
A quo prestandum sit? R: Tam ab Actore, quam reo, ita si reus actori

Deferat Iuramentum calumnia generale,
reo referatur Iuramentum calumnia genera-
le non malitiae juxta d. l. l. c. Jurisjur: p:
Calum: quod utilius.

An per Procuratorem prestare
possit. R: affirmo: si speciali mandato sit Instructus
c. ult. de jur. Cal: in 6^{to} de J. Com. non de J. Civili.

Quae est forma Iuramenti Calumniae? R: 1^o se credere, se fovere justam causam.
2^o se interrogatum nolle diffidere. 3^o se nihil
corrumperendi causa daturum. 4^o nec falsa
probatione usurum. 5^o nec dilationes non
necessarias petiturum. 6^o nec litem se teme-
re protrahiturum. 7^o si se ex progressu litis
adventerit causam suam vitiosam esse a li,
se destititurum.

Caput XIII. De Transferenda lite in alium d. l.

Quando quis litem declinare potest? R: sub Dist. vel plane alieno nomine deti,
net rem, vel alterius interesse in lite simul ver-
satur, illo casu nominare possessorum potest,
hoc casu vero potest potest, ut tertio eis denun-
cietur, vel tertius etiam ipse pro suo interesse
intervenire valeat.

Quando quis Possessorem no-
minare potest? R: quando quis reali, vel in rem scripta actio-
ne convenitur, qui tamen alieno nomine in

possessione est, petere potest, ut iudicium à se in
verum possessorem transferatur, cuius materia
des est in l. 2. C. ubi in rem actio, quæ ipsa nominati
ante litem contestatam, imò ante omnes alias Ex
ceptiones fieri solet: nam post litem contestatam
nominatio effectum transferendi iudicii amplius
non habet: hoc verò operatur, ut alter reo in iudi
cio assistere liceatur. Non statim autem statuitur
Exceptioni nominationis à Reo oppositæ, sed
reo defertur Iuramentum malitiæ, an non forte
malitiosè alium possessorem nominet, quo prout
libro Rei nomen in libello mutatur, veri possesso
ris nomen inseritur, et ei transmittitur. Cuius
quod si ille non compareat, actor in possessionem
rei litigiosæ mittitur, reservata proprietatis
quest: ipsi absenti, quod si nominatio falsa ap
pareat, in penam mendacij reus mox possessio
ne deiciendus d. l. 2.

Quæ est formula nominationis? R. 1^a gratias agit debitor pro commu
nicatione libelli vel Supplicationis ab Actore
vindicturo insinuatæ. 2^{da} refert ex eo, quid
desideret actor. 3^a exponit, quod ades non tam
quam suas, sed ex concessione Titij tanquam veri
mini inhabitaverit. 4^a subiungit, se captopter
ad litem suscipiendam non obligari, sed se l. l. p.

missum remedium scilicet nominationis Exceptio-
nem opponere, et Titium tanquam verum
Dominum et possessorem nominare. 5^o petat
actorem ad illum ablegari, et se ab intentione ac-
toris absolvi cum refusione expensarum.

Quid est litis denunciatio?

Q^d: est litis motus significatio, facta ei qui ad evicti-
onem tenetur, iudicij simul suscipiendi, et causas
defendenda gratia, ne postea si reus contra au-
ctorem suum regressum instituere velit, hic ex-
cipiat: se causam si potens fuisse, melius de-
fensurum fuisse, et hanc vocare solent Exceptio-
nem laudationis auctoris: requiritur ergo ut
ad evictionem tenetur.

Quomodo fieri debeat?

Q^d: Denunciatio auctoritate judiciali fit, et admo-
netur litem, ut litem mota adiciat, et causam
simul cum reo defendat: nam reus litem non eximi-
tur, nisi expresse aliud contractu conventum
sit. Causa: cont. Scol. 2. C. 8. n. 25. hinc libellus
simul, et cetera acta transmittantur, ut eo
commodius se informare possit denunciatus.
hac autem denunciatio etiam post litem con-
testatam, si modo facultas denunciatio non sit
adempta ius suum prosequendi, licita est, non
minus in instantia appellationis l. 4. C. de
semper app:

Quomodo denunciatus libellum propagat? R: denunciatus comparens causam in eo
statuit, quo eam reperit, cum libris denunciante con-
troversiam, et quidem utroque eodem scripto causam propagat.
Sententia autem ita formatur: In Personam Titij
quondam an sinum, iudicem Mevinnu Bahlagtan,
iudicis libris denunciante an andron, iudicem
proximum libris denunciante an andron, iudicem.

Quid est Interventio? R. Si quis liti inter alios agitata astricta alteram partem
plane repellendo à Iudicio, vel ut uni parti ob propri-
um interesse astricta, priori casu non continuare de-
bet processum, sed specialem actionem contra detenta-
rem rei proponit, et sic quasi novus inchoatur pro-
cessus. posteriori casu causam eo modo, quo eam in-
venit assumere debet, et sic interveniens cum prin-
cipali eadem constituitur persona.

Quid interveniens probare debet? Q: Interesse summi Summarie; hinc hoc non
ne ei iuramentum calumnie deferri poterit, pro-
bato autem interesse, admittendus est interveniens
in quacunque lite Civ: P: 7. Ceterum interveniens
coram omni Iudice non solum (ita tamen ut ille
causa ad aliud forum trahi nequeat) verum et in
omni causa, imò quocunque litis tempore adeo, vel
et in appellatione admittatur, uti et ad impedien-

Item Executionem, et hoc si intervenientis suo
 oil pingvius jure illius, qui hucusque victor ex-
 stitit, aliàs non intermitten-
 da Executio, sed inter-
 venienti probabilem juris sui causam alleganti
 per Cautionem succurrendum esse: P. 5; Dec. 212.
 et D. 926.

Quæ est formula interventionis? R: promitti solet mentio motæ litis, postea
 subiungitur in jure cuiusque promissum esse, ut
 in aliena lite pro suo interesse interveniat. De
 inde deducitur illud interesse, quod interveni-
 ens in presenti causa habet. Demum subi-
 tur petitio, quæ juxta qualitatem interesse
 formanda, nè ob litem presentem interveniens
 damni-
 ficetur.

Caput XIV. De Reconventione § I.

Quid adhuc Dens ante litem
 contestatam observandum habet?

R: an non mutuas actiones contra actorem
 habeat, ita enim reconventionem, nim reindur
 Elagu institui potest, quæ hoc operatur 1^o ut
 actor coram Judice, graviss aliàs incompe-
 tens oil, se submittere teneatur, ubi reum con-
 venit prius, nisi qualitas causæ repugnet:
 ut in Matrimonialibus feudalibus, et crimi-
 nalibus. 2^{do} effectum simultanei proces-
 sus, ut scilicet causa conventionis, et recon-

ventionis simul sit expedienda. J. Saxonico tamen reconventio, conventionione finita instituitur.

Quando reconventio instituitur? R. iusto tempore, gravius enim, et hoc post litem contestatam facere liceat, adeo ut et in appellationis instantia eam adhuc promissam dicant, sed non in iis, quæ ad causam appellationis non pertinet, aliam enim post litem contestatam instituta, effectum prorogationis solummodo non simultanei processus habet, consequenter vel ante litem contestationem, vel una cum ipsa movenda reconventio est.

Quando actor à reconventionione liberatur? R. 1^o si causa in reconventionem deducta, ad prius legatum formæ pertineat, et ita presentis iudicii cognitioni exempta. 2^{do}. si causa conventionis sit summaria, et causa reconventionis ordinaria, tunc enim, cum si actor id admitteret, beneficium summarij processus amitteret, gravæ petat hoc casu, ut separata causa reconventionis tanquam ordinaria, in sola conventionione tanquam summaria procedat. Brun. c. 10. n. 8.

Quæ est forma reconventionis? R. Reus ante gravem litem contestetur, reconventionem prius per modum libelli proponat, postea vero litem contestationem subjungat, hac recepta formula: Ich schreibe aben beilagten an, d. in angedauert
nicht, d. saget an animo reconvenienti

was man in d' Pausen hien her sagen etc.
 postea pergit, ut in libello et concludit: Diesam
nauf foudent winden Klagen son winden
bahlagten d'halb nistige Pate und and
wort, und bittet zu verurtheilen etc. hoc patet,
 to in libello reconventionis finito, subiicitur
 in eodem scripto litis contestatio ad libellum
 conventionis: finn'ist was die angereichte
Klag batwinst, saget bahlagten im Gemüß
und Meinung der Kining Pausen zu be
stetig. imo interdum in primo termino cum
 Except. dilati. iudicium non declinantibus propo-
 ni solet.

Quomodo in reconventionem procedatur? R: reconventionem proposita, et lite contesta-
 ta, actor primum replicare solet contra litem
 contestationem rei, cui postea Exceptionem con-
 tra reconventionem rei subiicit, et ita uterque
 causa expeditur, donec una sententia utraque
 causa finiatur: In Con: und Reconventions-
 Pausen, Titz Klagen, und winden bahlag-
 ten (: nauf bahlagten (an nimm, winden
 Mevinn bahlagten, und winden Klagen,
 am andern Theil etc. verurtheilen Wir der
 Paus etc. Das was den punctum conven-
 tionis anbelangt, bahlagten die libellin

Loß zu zallenn schuldig. Inj. die Reconvent
on aben dertun und etc.

Caput XV. De litis Contestatione §1.

Quid sit litis contestatio? De est actioni ab actore mata specialim respon-
dere, dicitur Jan Kring Anstalt, in Anstalt
Litis contestatio alia generalis seu minus solle-
nis e.g. nego narrata prout narrantur: daß wir die
Klage, wie die an, und dergleichen nicht gestän-
dig Inj. alia Specialis, seu solennis, ubi ad sin-
gula libelli capita expropsi, et specificè respondetur
quod obtinet si libellus summarius: si articulatus
ad singulos articulos lis contestari debet, et reus
quidem ad articulum continentem factum pro-
prium respondere debet, partiel. Ja, wir, oder
nicht wir. Subdividitur adhuc litis contestatio
in affirmativam, et negativam hac proprie litis
contestatio dicitur: illa vero est: quæ reus falsè
quidem intentionem actoris, sed cum Exceptio-
ne certa, quæ ius agendi actoris tollat. Communi-
ulterius litis contestatio vel pura est, vel even-
tualis, hac est, si Exceptiones quoddam dilato-
rias præmittat reus, et in eum eventum, si
his Exceptionibus satisfactum, libellum contestetur.
Inr, quomodo et his casibus inordinum protestatur.

adjici soleat, de lite non contestanda, si reus oc
liti immittere nolit. iund sagt der klagte
simil exceptivè, jedoch nicht animo litem
contestandi, daffelb nicht juristisch protestirnd.

Qua forma L.C. negativa?

Reus premisso titulo, mentionem facit factae
citationis, et litis contra se motae: postea ve
rò reservat sibi beneficia reus de jure vel con
suetudine competentiae, et subjiçit: Daß nu
im Ganzen, iund Meinungs dan Krieger
Altmann zühilflich, der angestel
ten Klage, wie dinstelb mit ihm
iundständen vorgewandt nicht gestan
dig sey: postea subjiçit specialia illa, acti
onis motae puncta: Daß nu der angest
alten Klage cum refusione expensa,
tum absolviret werden. quibus annecti po
test reservatio exceptioe reprobationis, quod si
affirmativè cum subjuncta Exceptione
peremptoria litem contestari velit, hac for
ma fieri solet: sagt der klagte Krieger
animo litem contestandi: Daß ob er zwar
das darufu der 100. Gfl: nicht in abru,
da sagt er, dannes wern in aluf,
dan hien darufu, daß ein judal de bi,

Item per compensationem tollig gnsobnn
 dr. Weil nün Klāgnnt laltin annos dr
 Lahlaghtn nül 200. Off: Trufastent Clindn
 als wolte nū Klāgnn except compensati
 nis finnil opponint laltin, juncta petiti
 de absolvendo refusis expensis.

Caput XVI De Exceptionibus Peremptorijs Sp.

Exceptiones peremptoriae hodie cum ipsa liti
 contestatione conjungi debent, exceptis his tri
 bus videlicet except. rei judicate, transactionis
 et jurisjurandi c. l. de lit. contest. in G. q. ex. et
 ante litem contestatam ab initio processus oppo
 ni personal, et semper admittenda sunt, earumque
 ordinaria probatio injungenda, in qua si defec
 rit lens, demum ad litem contestationem obliga
 tur blum. pr. Tit. Gg. n. 99. his hodie in parat. rel.
 q. Exceptiones peremptoriae annumerantur,
 q. incontinenti liquidabiles, et ipsam actionem
 plane tollunt.

Quomodo proponenda Exceptiones? Q. de J. cōmuni una post alteram per
 cessum autem dispositum, ut om̄ ipsa liti
 contestatione omnes Exceptiones peremptoriae
 simul opponantur, quod est jure Saxo: obli
 adeo ut postea non admittantur, nisi de novo

demum complere ceperint, vel planè integram actionem tollant brunaem: c. 16. n. 9: si tamen pluribus Exceptionibus uti velit, utile est, ut primam simpliciter, ceteras in eventum opponat: prima enim probata, ceteras ut probet non est necesse; quod si contraria sint Exceptiones, etiam his uti possit, sed tutius egerit, si alternativè proponat: e.g. mihi non numerata est pecunia, aut si numerata jam tum soluta.

Quando Exceptio à Reo probanda? R: si actor suam intentionem potius probaverit, l. si quidem 9: c. de except. illi ubi tamen utriusque simul probatio injungi solet, actori quoad actionem, et Reo quoad Exceptionem, modo tamen probatio Exceptionis non in negativa consistat, ut exceptio non impleti contractus, except: non numerata pecunia: eo enim casu actori affirmativa probanda imponitur.

Quomodo inveniende Exceptiones? R: 1^o à persona facti seu quæ negotium gessit. 2^o à re in qua vel circa quam, quod factum. 3^o à causa facti. 4^o à modo facti. 5^o à loco facti. 6^o à tempore facti. 7^o ab Instrumento facti. 8^o ab antecedentibus et consequentibus.

Quomodo contra actiones ex contractibus excipiendum? R: sub dictis aut enim, prolatum est reus obligatio, nem ipsam jam tum planè esse sublatam: aut illam quidem adhuc existare, sed inefficacem.

hoc, priori casu obligatio sublatam est, vel verè, vel
 fictè, vel in aliam personam, aut obligationem trans-
 lata, Primo casu competit exceptio solutionis, satis-
 factionis, Compensationis Lang: Tr. de except. p. 2: c. 1
 83: Secundo casu nascitur Exceptio acceptilationis
 dispositionis, et Iudicialis oblationis, Prescriptio-
 nis, pacti de non petendo, Transactionis, Jurisjur-
 di, rei iudicata, Interitus seu casus fortuiti Lang:
 Tertio casu nascitur Exceptio delegationis, novat-
 ionis, confusionis.

De Exceptione ex ipso Contractu. Posteriori casu, si obligatio adhuc quidem adsit,
 attendendum, an non in ea sit defectus, et quidem
 vel in persona contrahente e.g: si minor, unde
 Exceptio minorænitatis, et inde dependentis res-
 titutionis in integrum, quæ et locum habet, et
 cum Ecclesia, aut Republica contractum. Si fi-
 liusfam: mutuum acceperit, except. p. c. Maiedoni-
 ani, si famina interceperit except. p. l. Vellej: et
 in modo contrahendi, quorum pertinet exceptio
 li, Simulationis, metus, erroris. hucque pertinet
 si plures se obligaverint, unde nascitur exceptio
 divisionis, Confusionis, vel in materia contra-
 ctus, si super re legibus interdicta contraxerint, quæ
 casu in genere exceptio non competentis actionis
 ob nullitatem contractus locum habet. In specie

verò luc pertinent: Exceptio usuraria, pravitas Lang.
c. 25: vel 72) in ipso contractus implemento, quo
spectat Excepti. implementi non secuti ex parte
actoris, non numerata pecunia.

Capitulum XVII. De Probationibus in Genere § 1.

Post litis contestationem actor hoc, quod ipsi à
Reo negatum probare debet, quæ probatio per Dec.
retum actori injungi solet: wnil behlagtman auß
dix nrobbann klag gnantwontel, und dnoßel
bann nist all auffelbann galsändig, is kläger
dan dgründ ninnu klagn, und so bin offm
daran sanninnal, binnon Paß/diffen frist,
win nist ginnwisen pfuldig. quo facto re-
us ad probationem opposita Exceptionis est
obligatus.

In genere autem verum est, quod affirmanti in-
cumbat probatio: nisi tamen negativa sit juris,
sen neganti obstat, presumptio juris, e.g. Tu non
poteris esse Procurator: Tu non poteris concedere
Testamentum: hoc enim generaliter omnibus
promissum, nisi probetur contrarium, vel nisi ne-
gativa sit pregnans, hoc est tacitam affirmati-
onem in se contineat e.g. Tu non es cara mentis;
Tu non fuisti præsens, vel etiam nisi aliquis
in negativa se fundat, sic enim eam probare

Debel bunn: c. 18. n. 1. quod ultimum tamen cautè in-
telligendum: omnis enim Rens negat sic: c. g. si Rens
actione venditi conventus ad solvendum pretium, et
cipial: Tu nondum implevisti contractum à tua
parte, hic fundat se reus in negativa, et tamen por-
tare non tractum Lang P. d. c. 22. Actor enim cum ef-
fectu agere negat, nisi supposito contractus im-
plemento, atque hoc in facto consistit, et sic non ab eo
qui contradicit, sed qui affirmat probandum, talis domi-
nus in negativa secundare dicitur, quod licet intentio
actoris certa, et reus negatione aliojns facti se ab in-
tentione actoris liberare cupit c. g. sejus ne ex fructu
mento contractus convenit, ego nego contractum, ex co-
sa, quia tempore dati in loco contractus non adfuit.

Quæ est utilitas presumptionum? R. quod quamvis regulariter ex ijs nemo condemn-
nandus, nisi sicut iuris, et de jure, attamen huius
efficacie et presumptio, ut actorem à probando libe-
ret, et reo onus probandi contrarium imponat, unde
inspiciendus Menochij Fr. de Presumpt. et Masson
Fr. de probationibus, qui posterior in una gravis mi-
seria ostendit, quomodo illa vel presumptionibus, vel
alijs adminiculis probari debeat. Deinde attendat
for, an non pro fundanda intentione sua ad notan-
talem provocari possit, notaria enim probanda
sunt Paul. 1. obs. 16. n. 2. modò tamen verè talia sicut

Pariter observabil actor, an illud, quod sibi ad pro-
bandum injunctum, hujus efficacia sit, ut aliquid
ad decisionem causae conferat, cum, quae probata non
relevant, ad probandum non sicut ad mitterenda l. 21. C.
de probat. et ea admissa etiam in appellatione pos-
sint emendari, et contra talia probanda irrelevant,
sua appellari possunt. Boni autem sit actor, ne ter-
minum probatorium praeterlabi sinat, est enim
peremptorium et exclusivum, ut nec postea frustra
mentis producere possit, unde potius ante ejus
lapsum prorogationem petere debet. In Victoria
demonstratio sine confirmacione etiam post termi-
num probatorium admittitur.

Quale quis commodum habetint.

Terminum probatorium? R: quod in probationis modo variare, et omnia pro-
batione per Instrumenta, ad testes recurrere, ab his
vero ad Juramentum se conferre possit l. 12. C. de
reb. credit. Mer. P. 1. Decis. 51.

Quid de reprobatione sciendum? R: hac, quia Deus asserit actoris falsa esse, probat,
cum plerumque sit difficilis, Deus regulariter con-
jungere solet probationem suae Exceptionis, pote-
ritque sibi reprobationem in specie reservare, ter-
mino probatorio observato, qui à die inornatae
Citationis pro publicandis attestatis incipit.

Quis est modus probandi? R: 1^o per Confessionem adversarii, 2^o per testes,
3^o per Instrumenta. 4^o per Juramentum,

et per ocularem inspectionem. Actor tamen in
 do eligendi probationem adversarij personam attende
 re debet, si enim hic homo fuit, ac sincerus, tunc ei
 deferat iuramentum iudiciale, quod vel acceptandum, vel
 referendum, et ita negotium erit finitum, dummodo Re
 us huius adhuc habeat memoriam. Quod si res sit me
 diocri sortis, de quo pariter perjurium non presumit
 dum, actor viam probandi per positiones eligere potest
 quamvis enim a non paucis iuramentum illud, sub
 quo positionibus respondetur, parum attendi soleat
 capropter quod tantum sit iuramentum credulitati
 altamen cum hoc facto proprio degenere in iuramen
 tum veritatis, nemo certe conscientiosus celabit ver
 itatem, et si tamen positiones negata, poterit educti
 rursus probari, si autem res levioris considerationis
 sit, mox alijs probationibus utendum est, et demum
 ei iuramentum iudiciale deferendum.

Quomodo positiones formande? Quod ex facto in libello proposita, quod actor certis
 titulis includit, quos iudici offert, et simul se adiurari
 tam illarum positionum confirmationem obligat, quod
 vocatur iuramentum dandum, demum petit, ut illa
 positiones reo transmittantur cum prefato termino
 in quo se sistat, et iurato ad illas positiones responde
 at, et quidem si factum proprium concernat per verba
 vixi, vixi, odia vixi, vixi: si factum alienum: glori
 a vixi, odia vixi, vixi, et hoc vocatur iuramentum

respondendorum, et licet utrumque Juramentum
tantum sit de calumnia, in proprio tamen facto,
tamen degenerat in Juramentum veritatis, quod ta-
li casu à Judice partibus ad majorem terrorem in-
culcandum.

Quomodo differunt ab articulis? Pro quia positiones propter Primum, ut videlicet per pro-
prium confessionem confundi possit, introductæ, Arti-
culi vero, quæ ex negatis positionibus formantur, propter
ter Testium examen adinvenies. Priorum hodie exi-
guus usus, sed tunc contestata statim ad articulos
deveniri solet. producentes positiones vocantur Conent
articulos vero offerens Producent respondens pro-
prium dicitur Conal articulorum vero respondens Pro-
ducit vel productus.

Quomodo positionibus observandum? Pro: ne sint obscure et multiplices, nam ad eas non
tenetur respondere reus, nisi forsitan judici ita vi-
sum, ubi tamen Explicationem à Judice petere, et
distinctè ad positionem multiplicem respondere po-
test. ad impertinentes vero seu ad Decisionem proreson-
dis causæ non facientes, plane respondere non te-
netur, Juxta tamen in dubio illos admittere de-
bet cum clausula Salvo jure impertinentium.

Quomodo respondere debeat ad po-
sitiones? Pro: clarè, ac distinctè à Pro sine aliquo additamen-
to, nisi negotij qualitas id exigat, sic enim rela-
tiva Responsio admittitur, si autem Pro debet

215.

Caput XVIII. De Probatione per Testes & c.

Si igitur per testes actori intentionem suam probare velit, intra terminum probatorium articulos producere in Iudicio debet, quos ex libello, vel positionibus negatis formalis, si tamen ipse libellus articulatus, novis articulis opus non est, sed si actori injuncta probatio, Supplicationem tantum Iudici insinuat sub hac Rubrica: Repetitio libelli loco Articulorum probatorialium quibus subiicit nomina testium cum Directorio, id est, ad quem articulum quisque testium examinari debeat. Curram: Postea vero pertrahat articulos Iudex, an ea natura actionis desumpti an impertinentes, in dubio tamen Iudex omnes articulos sub clausula: salvo jure impertinentium admittitur.

Quæ est formula producendi Articulos? 1^o premisso titulo, producat dicit se in termino comparuisse, animo satisfaciendi Sententie nunc perire, per quam probatio injuncta. 2^o dicit se offerre articulos. 3^o hos petit communicari adversario ad formanda interrogatoria. 4^o petit statim terminum ad examinandos Testes. 5^o reservat sibi ulteriorem probationem per articulos additionales, et superadditionales. Et, subiunguntur ipsi articuli, in quorum fine ponitur Directorium, si forte quidam testes certorum articulorum tan-

tum habeant notitiam, nè frustra super reliquis
examinentur.

Quæ in Citatione ad Examen
Testium sunt necessaria? R: 1^o

Citatio testium, si testes sint sub jurisdictione
iudicis examinantis, aliàs per subsidium citandi. 2^o
Citatio partis adversæ, contra quam testes produci
sunt, additis nominibus testium, et copia articulorum
ut domi pars adversa interrogatoria conscribere possit
et demùm in termino productionis ea, cum excep
tionibus contra personas testium exhibere, videat
produci, et jurare testes. 3^o Citatio producentis
ubi tantum memoriale aliquod conscribi solet, inq
producenti dies Examinis intimatur.

Quæ partibus ante productio
nem observandum? R: 1^o

Productus mox acceptis articulis, et nomin
bus testium, inquirat in ipsorum habilitatem
et conjunctionem, vel sanguinis, vel communis in
teresse cum producente, si enim tale, quod approp
hendat contra talem testem statim protestare po
terit, ut à testimonio repellatur. E contra si
ducens videat, ut ex parte saltem dubiam reddat
rei Exceptionem, quo facto petere poterit, ut iudex
non obstante contradictione adversarij hunc tes
tem admittat, reservatis ipsi Exceptionibus de
cendis finito Examine.

Quæ interrogatoria offerenda? R: ut eo distinctius in veritatem inquiratur,

an testis certam cause notitiam habeat in da-
getur. Unde Reus non facile haec omittat, quia
maximam defensionis partem in illis latere cer-
tum est.

Interrogatoria ad Personam.

Præmissis autem Interrogatoria personalia præmitti
solent ab initio, ut ex his de qualitate, dignitate,
et fide testis constare possit. e.g. win gänig sin;
Bin! was Brandt nun sin, oder was du den
Kasning tunst! won sinu leben gewon,
sin! win all gänig sin! ob gänig sin ni,
und Lasten dinen, Habung, oder Lusten
erwilt, quod posterius tamen prohibitum, ob
gänig mit gänig sin, oder Producentum
erwand! ob du nungun Hützen auß dirser
Parson gänig wand! win du zu dirsen
gänig sin kommen! ob du sin mit Produ-
centum nicht gütten bründ, was du zu
gan sol! ob du sin nicht mit Hütten gän,
gan bründ! etc.

Quomodo testium crimina inquirenda? R: si testis super turpitudine vite confesti,
um: non propria quod prohibitum: examine,
tur: e.g. ob gänig sin Hütten gänig
hünn! ob gänig sin wist, daß sin
sin Hütten gänig wagen sin sin
Habung, dinstafle etc: brünstig, und gan,

219.
illud enim de substantia testimonij est.
ante juramentum tamen seria admonitio de
evitando perjurio premittenda, potestatem in
criminalibus, ubi sacerdotes ad movendam Con-
scientiam adhiberi solent.

Quid est beneficium persone egregia? R: ut iudex curet eam coram deputatis iudi-
cij domi jurare et examinari l. 15. ff. de jur.
Ceterum iudex testes extra ordinem examinans,
numeros simul ex directorio repetat, e.g. testis
in Examine l. in directorio testis etc.

Quomodo Examen instituerendum? R: ut primum interrogetur testis super inter-
rogatorijs personalibus: postea super interro-
gatorijs generalibus ad causam: dein super
ipso articulo, demum super interrogatorijs cui-
vis articulo subjectis. Esi forte talia oc-
currant interrogatoria vel articuli, in quibus
cardo rei vertitur, admoneri poterit testis,
ut prestet Juramenti oib memor, quod et si
si titubanter respondeat. Antequam an-
tem Examinator attendat, ut depositiones
testium iisdem verbis, ut prolatae, scribantur.

Quid finito Examine observandum? R: ut testamenti praelegantur illa, quae res,
pondus, vel partim exinde constantia testis ap-
pareat. partim si error commissus ad inconti-
nenti corrigatur. deinde testamenti examina-

De Rotulo.

lo silentium imponendum, ne altera pars ante publicationem retrahat quod depositum vel non, et sic alios testes subornet.

Rotulus testium, seu Instrumentum, in quo depositiones testium continentur, conformiter Recens. nov. conscribi debet, ita ut sub grovis articulo et interrogatorio omnium testium depositiones collocentur: primum ergo verba articuli ponuntur, quibus postea responsiones subiunguntur: e.g. Testis 1. affirmat Testis 2. negat Testis 3. negat etc. In interrogatorijs generalibus id praecise necessarium non est.

Rotula ergo confecto, si actor nequeat plures testes producere, et reus reprobationem institueret nequeat, ad publicationem demum attestatorum devenitur, ubi partibus petentibus copia depositionum testium communicatur, et simul terminus à Iudice praefigi solet, intra quem contra Rotulum extirpiendum. Et hoc Rotulo legitime confecto sufficit, aliquin autem actor convincere solet. An Probatione deservit ordinem a Iudice deductionem in quo scripto testium dicta colligit, ad intentionem suam applicat, ac ita se justificat.

De Exceptione contra testes! Contra testium Examen pars adversa scriptum confici solet, quod appellatur: An Exceptione deservit contra Personas, si nempe sunt suspecti, vel dicta Testium, si sint obscura, vel contraria, aut si testes variant.

De Replicatione!

Hoc facto producenti iterum salva est replicatio,

quæ hodie vocatur: In Salvation Dismissio, sive
Elisions Dismissio, hic enim contra Exceptiones rei,
personas et dicta testium salva actor, et ostendit inten-
tionem suam esse probatam, quo casu in Saxonia con-
cluditur. Reprobatio autem cum probatione eodem
scripto defenditur, de fide Testium vid. Tit. ff. de testi-
bus et Jurisac: Fr. de testi qui in Tom: 2o p: Crimin. habe-

Quid circa Commissionem ad huc.

Examinandos testes Reo observandum: Re: ut non promittat hoc Examen, nisi ali-
quem adiunctum habeat, ad minimum notarium.

Caput XIX: De Probatione per Instrumenta &c.

Instrumentis quoque magna vis probandi inest, si
ea publica sint, vel subscriptione trium Testium
munita L. 11. C. qui pot. in pign. Privata vero Instru-
menta, plene non probant, nisi à partibus subscrip-
ta, et recognita, vel per testes, vel comparationem
liberarum confirmata.

Quando producenda?

Re: post litem contestatam intra terminum probato-
rium: cum enim ad probandum adhibeantur, eo tem-
pore quo probatio est necessaria producenda. unde
si Reus ad probandas Exceptiones dilatorias Ins-
trumentis, uti velit, vel ad probandas Exceptiones
sue intentionis e.g: transactionis, mox ab initio
ante litem contestatam illa producere tenetur.
Licita autem hac productio Jure Communi, ut:
que ad conclusionem in causa est: cum dilec-
tus g. X de fid. Inst. aliquando etiam postea, si fa-

vor causa id exigat, aut Instrumenta sint noviter re-
perta, et reus Instrumento affirmare posset se illorum noti-
tiam prius non habuisse, hodie per Decretum Anno 1684.
§. 27. in fin. actor una cum libello omnia Instrumenta
probatoria offerre tenetur, in copia quo illa simul in Cita-
tione reo communicentur, alias citatus comparere non te-
netur. Post litem vero contestatam in altero termino
Documenta in originali producenda.

De Originalibus.

Cum in Iudicijs ad probationem producuntur Instrumen-
ta ad probationem illa debent esse originalia L. 1. C. de fed.
Inst. hoc vero praesentim in Camera ad distantiam loci, et
periculum ne amittantur originalia, commodè produci non
possunt, tunc petendum: ut Iudici loci, ubi originalia ha-
bentur committatur, quo coram eo fiat productio, quorum
pars altera evocanda sumptibus producentis L. 78. C. de fed.
Inst. Interdum quoque certis consuetudinibus hoc committi
solet, quibus simul injungitur, ut copias vidimatas aut
originalibus transsumant, easdemque ad Cameram remit-
tant, quam transumptionem sequenti modo caute in-
stituendam esse, ex Gylmanno monet Bolm: P. Tit. 10.
§. 40. (1.) Tenor nominum scribi debet integraliter. Ex.
ad nunt. Dnm Pingul barba, Pan, ob fin gaulz, An-
stultun, garbrofsun, abgarin, Dnu, ob vorifimilic
vestigia daton barfandun garwfsun, odnu nunt.
Etia toll allwagn post finem copia, Dat Pingul ab,

ganz und wunden, per pictorem Juratum, mit
 Tummelring, was das Waage, Zeichen, Kreuz, Sal,
 Konium, Anstalt haben, (1. sollen auf die Dingle
 so gleichförmig grünen Tummelwunden,
 mit dem Zirkel abgemessen werden. alias
 Cautela generalis est, ut si quis velit exemplo fidem
 plenissimam haberi, curet citari adversarium ad ex-
 emplificationem c. ult. X. de fid. insti.

Quid si Instrumentum diversa
 contineat capita?

¶ protestandum est: se hoc Instrumentum in partibus
saltem utilibus producturum. hoc enim si non fac-
 tum, hoc Instrumentum generaliter contra producentem
 vim probandi habet. Producto Instrumento, petenda
 est recognitio à parte adversa, ut scilicet manum, et si
 gilla recognoscant sine Instrumento, vel jurato diffideatur,
 quæ jurata diffesio ab ipso Principali fieri debet, vel
 per Procuratorem speciale mandatum habentem Ju-
 re Sacrorum omnia Instrumenta sive manu propria
 sive aliena exarata, imò et publica et sigillata tan-
 tum non subscripta, vel recognosci vel jurato diffideri
 debent.

Quid in recognitione attendendum? ¶ ut ea fiat: salvo omnibus Exceptionibus sibi
contra Instrumentum competentibus. Quod si Deus
 Instrumenta recognoscere nolit, sub pena Instru-
 mentorum in contumaciam pro recognitis haben-
 dum, hoc ipsi injungendum, de constituto tamen
 in Dignitate recognitis hæc, domi fieri potest co,

ram notatio Iudicij, si id petierit. Ceterum cautus
 De Comparatione litterarum sit Actor, ne diffensione jurata rei, si forte de perjurio oret,
 pectus, valorem Instrumenti committat, sed potius com-
 paratione litterarum, potius scripturam Instrumenti
 1^o, producendo aliam adversarij indubitatum scripturam
 ad quam fit comparatio, qualis est illa, quæ in alijs actis
 deprehenditur, imò Iudex jubere potest aliquem, ubi in con-
 tinenti scribat, 2^o curet, ut adhibeantur rei scriptoria pe-
 titi, qui prævia Juramento singulos litterarum ductus
 conferant, altera Cautela est, ut actor per testes recogniti-
 nem Instrumenti fieri curet, per quam recognitionem, tes-
 tum plena fides Instrumento conciliatur, et dum modo
 testes deponant de manu scribentis, sibi hanc notam
 esse, et hinc se certo credere hanc esse manum scribentis.
 quod actori et, licet sententia de recognitione, vel jurata

Quis est Effectus Ico, diffensione lata.

Recognitionis Instrumenti? Q. ad Instrumentum recognitum vim Instrumenti pu-
 blici consecratur, quoad vim probandi, vel executivi et
 tali Instrumento agendi: in illis vero causis, ubi in
 Specie publicum Instrumentum exigitur, privatum
 Instrumentum recognitum non sufficit, v.g. in hypo-
 theca similiter per illam recognitionem redditur Instru-
 mentum liquidum, et indubitatum, et hinc si causam
 debendi continet, ex eo, ut patet Instrumentis quarenti-
 giano contra quod non admittuntur Exceptiones, nisi
 in continenti liquidabiles vel per propriam rei confess

sionem etc. Carpp. P. 1. C. 8. D. 2. n. 2. executivè agi potest,
 et Reus Exceptionem altioris indaginis habens, non au-
 ditur, sed ad solutionem condemnatur, reservata ipsi recon-
 ventione Everhard. Bornitius. Tutorius.

Caput XX De Probatione per Iuramentum § 1.

Si actor lites exerceatur, aut probatione destituatur even-
 tum litis alterius conscientie committat deferendo ad-
 versario Iuramentum Iudiciale: Den Magna dam au,
Idem iub gwisst an zu pfubun.

Quando locum habeat? R: quodcumque libuerit actori, et si jam tum per sententiam
 ei probatio injuncta, vel licet nihil adhuc probaverit, vel
 plane ceperit, et à probando destiterit, modo tamen in
 probatione non defecerit, sic enim Iuramentum amplius
 deferre non potest, sed reus absolveretur, unde si actor ob-
 servet, testes pro ipso non deposuisse, protestetur con-
 tra attestatorum publicationem, et deferat Iuramentum
 reo: sic enim dici non potest, quod in probatione defece-
 rit.

Quando I. Laor: Iuramen-
 tum deferendum? R: ante litem contestatam, et ante prestatam guaran-
 dam, postea enim actor amplius non auditur, nisi post
 litem Contestatam novum quod emergat, super quo Iura-
 mentum deferre velit. Ceterum si in prima Instantia
 quis ob inopiam probationum succubuerit, ipsum in 2da
 adhuc Iuramentum deferre potest etc. P. 4. D. 4. Reus
 pariter in probatione Exceptionis hesitans, super ea

deferre iuramentum actori patet, siue se reus obdulerit ad probationem, siue probatis ei per sententiam iurata, attamen iuramentum actori sub exceptione deferre patet.

Acceptatio Iuramenti. Si delatum est iuramentum cautela pro reo, ut statim ab ipso acceptetur, sic enim a deferente revocari non potest, postea bene verò prius ubi ad probationes ordinarias se offerre potest actor, nisi alterum perjuratum ostendi possit. In Causa is cui defertur iuramentum, intra octiduum illud acceptare debet, et citationem ad videndum jurare in petrare, alias iuramentum pro deserto, et qui jurare debuit pro confesso habetur.

Is verò cui delatum iuramentum, vel praestare illud debet, modo deferens prius de calumnia iuraverit, vel referre sine iuramento calumnia praestito, non sibi prohibetur, Is verò cui refertur praestare jurare, et simul iuramentum calumniae praestare debet, quamvis utrumque iuramentum in una forma coniungi et praestari possit, Causa: Proc. Tit. 11. Art. 4.

Quando relatio iuramenti cessat?

1^o si hoc semel à Deo acceptatum.

2^o si is, cui delatum probationem in se suscipere velit. non quovis nil baronis Paulus affm, unde et ei qui jam suam intentionem plenè probavit deferri iuramentum nequeat, è contra Deus, reprobationem Exceptionis suae suscipiens, potest ad iuramentum recurrere, modo in probatione non defecerit. 3^o si facti notitiam solus Deus habeat, ut patet si de huius facto proptio queratur, haec enim solentur: finem diu illag in hanc gavissim

227.
finibz, et si Deus nec referre Juramentum, nec illud
potestare, nec contrarium per Exceptionem probare velit,
causa cadit: Actor vero Juramentum relatum prestare nolens,
cadit jure suo, nisi probationem prosecutur.

Quid est Juramentum
necessarium? R: quod partes precise sine facultate referendi potestare de-
bent, et hoc vel est suppletorium vel purgatorium. Contradict
tamen ejus praestationi potest ab adversario, et quando ungue
probatio offerri.

Cui deferatur Jura-
mentum suppletorium? R: qui semiplenè probavit: hoc est per unum testamentum om-
ni Exceptione majorem, vel per praesumptiones juris, vel con-
jecturas: quod si ubique semiplenè probaverit digniori vel in
dubio reo Juramentum deferendum, quod et faciendum si ubi-
que plenè probaverit. Ceterum cautus sit is, cui probatio
injuncta, ut si viderit se plenè probare non posse, capere se petat
se admitti ad Juramentum Suppletorium.

Ubi hoc Juramentum cessat? R: 1^o in causis civilibus arduis, nisi plus quam semi-
plenè probatum. 2^o in causa Matrimoniali, nisi fere plenè
probatum. 3^o in criminalibus absolute.

Quando Juramentum
à Judice deferatur purgationis? R: quoties indicia certa contra rem adhibent, veri-
tas tamen ulterius inquiri non potest, quo indicia purgan-
tur per tale Juramentum. In Criminalibus vero hunc locum
habet Juramentum, quoties ad torturam deveniri non po-
test, item in matrimonialibus et causis civilibus arduis.
Et hic reo certus terminus praefigitur, quo juret, quod si
nolit potè confessus habetur, è contra si juret absolvendus
etiam ab expensis reus, licet victus ob Juramentum sup-

plebim actoris, quod tamen in processu inquisitorio
non procedit. Boni si Deus presumptiosus gravatus, v.
alicujus improbabilis circa rem, vel causam commissae ac-
tor petere potest, ut iudeat Deo iungat iuramentum
gationis. Carrz: Pl. c. 21. d. 15.

De Iuramento in li.
Item:

Q: Si actor videat, adversarij dolo, vel contumacia factum
esse, quo minus res restitui potest, mox petat se admitti
ad iuramentum in litem, ubi rem pro affectione et libitu
estimare potest, et hoc si dolum vel contumaciam probet,
alias tantum ad iuramentum veritatis admitteretur
l. 5. ff. de in lit. iur.

Caput XXI: De Conclusionem in Causa et Involutionem.

Cum probationibus, et reprobationibus expeditis et
mutuas deductiones iurum devenire solere partes,
si velint, unde qui causas suas fidel, et maturationem
Processus desiderat: deductionibus et probationibus
iurum renunciet, nisi adsint attestata dubia, et
pro illis confirmandis adminicula adducenda, sunt
enim ea deducenda.

Quomodo scripta conficienda? Q: praemissis curialibus brevis facti recapitu-
latis pro informatione iudicis praemittenda, postea
ex illo facto momenta controversiae elicienda, et ibi
in quo status controversiae consistat ostendenda,
quod tamen in foro rarim advertere licet, statu con-
roversiae formato, deducere ostendat, quae ratione in
singulis punctis intentionem fundatam habeat, et

cum plerumque precipuum momentum esse soleat, an actio instituta sit probata, probè erunt attendenda actionis requisita, et ex facto jureque deducendum ea hinc adesse. Demum se ad argumenta adversæ partis conferat, illa ordine adducat, et postea ad singula respondeat, ubi brevis omnis deductio continere debeat 1º) facti speciem. 2º) controversia formationem 3º) rationem decidendi 4º) deductionem et contrariorum refutationem.

Quomodo adscriptum conclusum respondendum?

Q. Pariter utile est, ut ex scripto adversarij, premisso item genuino facto, extrahantur fundata ejus, quibus actionem suam stabilire cupit, quæ adjectis numeris ordine recenseantur, postea singulis ordine respondeatur. his ita elisis, fundata pro reo facientia pariter distinctè deducantur, et ita petitum subjiçiat: ubi pariter conclusum, mox ante petitionem prægnantissimas rationes paucis recapitulare, et illis grati iudicem convincere, ut secundum petita pronunciet. In fine scriptorum clausula ulterioris deductionis salvatoria plerumque adjici solent eg. salvo, salvandis vel salvo his et reliquis etc.

De Conclusionem in Causa!

Scriptis ab utraque parte iudici insinuat, in causa concludi solet, quæ conclusio est renuntiatio ulterioris deductionis, ubi partes semel ad sententiam submitunt, et ultimo scripto subjiçere solent hanc clausulam: will Kläger firmiter zu nimm ob siegen
den Urtheil, so ihm in den Urtheil, im
Urtel abgelehnt werden sollen. et hoc nisi pars

altera novi quicquam in facto consistens proferat, ubi
parti adversa non denegari solet responsio, vel si videat pos-
sem alteram studio illa nova ultimo scripto reservasse, ne
etiam possint ab adversario, poterit adversa parte potestati-
de non attendendis illis in sententiando, quae in ultimo
scripto nova sunt adducta, nisi ea sint iuris.

Quid partes concludere velint? De. Index causam ex officio pro conclusa acceptare potest,
sed, datis antea sufficientibus dilationibus et mandatis ad
concludendum. Postquam conclusum est, potest, nam et sub
conditione fieri potest, quia vocatur eventualis submissio,
nihil novi allegare licitum est, exceptis causis crimina-
libus et alijs quibusdam bonis. Index autem, si aliquod
dubium habeat, ex officio conclusionem rescindere potest,
et solet ita pronunciari: *immo immo die son dan Schluss*
gegeben conclusion in causa ex officio rescindimus
angefahren, immo immo Schlussan die nullig ge-
geben. Documenta quae producimus zugehen.
Si autem ad instantiam partis id fiat, cautus sit advo-
catus, ut exigat ab altero eo nomine iuramentum, se an-
tea horum documentorum non habuisse notitiam, nisi con-
vis malitiae suspicio desit. Postquam itaque a partibus
conclusum sententia interlocutoria fieri solet: *da, da die*
Sache für mich pro conclusa angenommen, immo solenn
die Acta protokolliert, immo an nicht ins Examinat fu-
riert facultat eingeführt worden: vel immo solenn die
Acta ad referendum aufgeführt worden. pro facto parti-

bus petentibus ut acta ad extraneum Iudicem transmittantur, et ijs desiderantibus terminus ad protulationem actorum

quid in termino introitu constituitur.

cautionis observandum! Quid utraque pars vel in persona, vel per Procuratorem comparere debeat, ad perlustrandum acta, an integra sint, ubi acta manualia conferri poterunt cum actis judicialibus, quo inde videat, an non scripta quaedam a parte adversa altero inscio adjecta, quorum remotionem in termino introitus petere potest, postea vero potestas accipiendi contra eas Academias, quae partibus suspectae, partibus concessae, quo facto acta à Iudice consignanda partibus presentibus, et ad certam partibus tamen in etiam academi- am transmittenda.

Cujus sumptibus transmissio fiat? R: qui desiderat transmissionem, vel si ex officio fiat à Iudice, tunc utraque pars adsumptus concurrere debet. unde haec cautela uti solent: si quis nempe transmissionem desiderat, sed eandem propter sumptus petere non audeat, sit de fiducia sua in presentem Iudicem testatur, et petit ut sine transmissione actorum in hoc iudicio procedatur, sic enim certe alter transmissionem petet.

De Consilijs Iuris Consultorum

solent advocati in antecessum consilia à Collegijs petere, ut contra dissentientia collegio demum protestari possint, unde transmissio fiat hac conditione: c. g. Volte aben nim Gail
Lenenisse in demum Passen daselbst zuß Saben infor-
mirten dasen, so wollen die faren die Acta ofen
Abze, nung ninyen inffal, anz die Hupfwingun,
den Gail, inbesten, guenken funden.

Ceterum potest etiam in actu introitus Consili-

um aliquod, presentem causam cum rationibus decidendi
concernens, adungi, pro meliori informatione Iudicis extra-
nei, quod et post conclusionem in causam offerri potest. passim
rò adversa petitis spatium ad aequale consilium.

Quando transmissio recusanda? R. Quando causa decido magis ea consuetudine speciali
quam ea jure citiplo dependetur. Quod si verò tamen super
causa, secundum statuta, vel consuetudines decidenda, ac-
ta sint transmissenda, necessarium est: ut Extractus statu-
torum et consuetudinis actis adiungatur pro informa-
tione Academiae. Remissio à facultate actis partes in-
stantur ad publicationem Sententiae, ubi sigillo notis
à partibus facultatis I. recognito, in presentibus, postea
acta resignantur, et Sententia ex actis illis publicatur.

Quomodo relatio cons-
cribenda? R. 1^o premittitur facti species, in qua semper fiat remissio
ad numeros actuum, ut ita facili negotio actus conferri possint.
2^{do} proponitur, quae actio inde nata, cui postea
dicitur quod à Reo sive in dilatorijs sive peremptorijs exceptum
quomodo intentio actoris probata, et quid porro disputatum
ordine, sed citra iurinum allegationem subiiciendum. 3^{to}
ex his ipsis deducenda sunt momenta latius controversiae, seu
puncta decidenda, in quibus eliciendis maxima consistit
Cautentia, ne à vero controversia statu referens aberret,
quae postea sigillatim tractenda, ita, ut exhibeantur ad
quodvis momentum. Primo rationes actoris ex jure et
facto deductae. Secundò rationes rei pariter ex jure et
facto deductae. Tertio votum referentis an actori, an
Reo stipuletur, cum refutatione rationum partis ad

Quomodo Relationes Can
verae, et annexae sua Sententia.

Q^{ue} 1^o promissa facti specie inquiritur, quae nam actio sit
instituta. 2^o an illa secundum requisita sit probata.
3^o an actio per Exceptionem rei sit disa, et sufficienter
probata, ad quem finem rationes utriusque partis pro,
et contra adductae huc allegandae. 4^o deducendum, an
Expensa in hoc processu compensanda, an verò victus
in illa condemnandus. 5^o referent vatum subiectis, quid
in illa causa pronuntiandum, et quomodo Sententia con
cipienda: quod si in actis reconventio instituta, refe
rent pariter in causae reconventionis relationem su
am formal 1^o inquirendo, quae actio in reconventionis
instituta. 2^o an probata, 3^o an per Exceptionem
disa. 4^o quomodo Sententia pronuntianda.

De relatione in Jus
Sententia Appellationis.

In hac Appellatione referenti 1^o indagandum in forma
lia appellationis, an gradatim nullo omisso studio sit
appellatum. 2^o an Summa appellabilis. 3^o utrum
obstat Privilegium. 4^o an fatalia interponenda, intro
ducenda, et proseguenda sint observata. 5^o an Procurato
rum mandata sufficiant. 6^o an in Processu tam huius
quam instantiae defectus sit.

Caput XXII. De Sententia &c.

